



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in praecedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

Innocentius X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](#)

A N N O
1641.

sterium Congregationi dictorum Canoniconum Regularium S. Augustini praesentis exponentibus in auditis & indefensis per Sententiam definitivam, sive decretum definitivum in prima instantia latum, seu factum in vim assertarum facultatum auctoritate Apostolica illi concessarum, similem tamen facultatem illi minime tribuentium, uniri debere declaravit, prout de facto univit & incorporavit. A quibus omnibus dicti Exponentes intra legitima, ut ipsi assertum, tempora appellariunt, Nobisque humiliter supplicari fecerunt, ut eis in praemissis de opportuno Juris remedio subvenire paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur unicuique iustitiam, ut decet, ministri cupientes, ac statum, & merita causa & causarum hujusmodi praesentibus pro expressis habitis, hujusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati vestrae, Fratres Archiepiscopi, & Episcopi, seu discretioni vestrae, Filii Officiales per praesentes committimus, & mandamus, quatenus Vos, tres, duo, aut unus vestrum, vocatis ad id qui fuerint vocandi, causas appellationis, & appellationum hujusmodi, authoritate nostra audiatis. cognoscatis, fineque debito terminetis & decidatis & quaecunque in integrum etiam, prout de Jure, restituendi, ceteraque in praemissis necessaria, & opportuna faciendi, exercendi & exequendi, plenam & liberam Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus facultatem, non obstantibus praemissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die vigesima Augusti anno Domini millesimo quadragesimo primo, Pontificatus nostri anno decimo nono.

Signatum L. Raggius, & supra plicam
N. Raynerius & sigillatum.

A N N O
1644.

supprimendis & aliò transferendis, pastoralis officiis nostri partes, prout locorum, & temporum rationes ac sublimum & excelsorum Regum vota postulant, libenter conferimus, ut exinde divinus cultus, & Christifideli devotio per amplius augeatur, animarumque Salus subsequatur, ac in Oppidis insignibus & populi multitudine refertis, arque corundem Regum pià, & strenuè operà è manibus Hæreticorum non ita pridem vendicatis, planteret radicibus Christiana Religio, & eorum dignioribus titulis decoratorum incolæ & habitatores Præsumlum doctrina & auctoritate suffulti proficiant semper in fide, & quod in temporalibus sunt adepti, non careant in spiritualibus incremento. Dudum siquidem per Nos accepto, Civitatem Malleensem valde exiguum, nullis mœnibus cinctam, paucis domibus, aliquis eversis, plerisque ruinosis conflatam, aërem verd infalubrem ob paludes undique adjacentes, sortitam esse, ut pauci admodum incolæ, & omnes ferè pauperes eam modo inhabitent, domumque prope nullam, neque Conscriptum vel Dormitorium pro Capitulo licet Regulari Ordinis Sancti Augustini Canoniconum Regularium, nullum Monasterium, nec Collegium, nullum Seminarium nec Hospitale, sed unam tantum Confraternitatem adeile, Ecclesiam denique ipsam extremam ferè ruinam Hæreticorum injuria passam debitæ structuræ numquam fuisse restitutam, hisque atque alis de causis felicis recordationis Urbanum PP. Octavum Prædecessorem nostrum Ecclesiam ipsam ad Oppidum Fontaniaci Comitis, Malleensem Diocesis transferri mandasse, & successivè ipsam Ecclesiam seculariisse, ipsam tamen translationem effectum sortiri nequivisse, rebus causisque alter quam expositæ fuerunt se se habentibus, non ex parte quidem ipsius Ecclesiae & Civitatis Malleensis, quippe quæ constanti varietate etiam nunc pro translatione militent, sed ex parte Oppidi Fontaniaci multò angustioris atque inferioris reperti, quæ quod Dignitatem ad illud transferendam capere possit; E converso vero Oppidum Rupellensis Ecclesie ad Oceanum Aquitanicum, emporium ab ipsa Malleensi Civitate septem aut octo tantù leuis distans, circuitu amplum, mœnibus circumdatum, propugnaculis validum, dominibus magnificum, habitatoribus plerisque nobilibus refert, & opibus abundans existere, in eoque præter plures Ecclesiæ, Conventus, & unum Hospitalie, adesse Ecclesiam, Templum majus nuncupatam, amplæ ac elegantis & recentis structuræ, quæ non minus quæ Oppidum, in quo sita est, capessendæ Dignitatis Episcopalis valde capax, parque videatur, ut ex praemissis nomine charissimi in Christo Filii nostri Ludovici Francorum & Navarræ Regis Christianissimi Nobis supplicato, ut Dignitatem Episcopalem in Civitate & Ecclesia Malleensi supprimere, & Oppidum Rupellæ, ac ejus Ecclesiam, Templum majus nuncupatam, hujusmodi in Civitatem & Cathedram respectively erigere, ac ad eas sic erectas domem & Capitulum distar Ecclesiæ Malleensis transferre, de benignitate Apostolica dignaremus.

Nos instantiam Regis prædicti negotiisque suppressionis, erectionis, & translationis hujusmodi Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium rebus Confessorialibus Præpositorum examinandum & discutiendum constitimus. Cùm autem Congregatio ipsa sub die vigesima octava Maii anni proximè præteriti, re mature discussa, ex jam dictis causis, ac etiam quia clara memoria Ludovicus XIII. etiam Francorum, & Navarræ Rex Christianissimus, statim post Oppidi Rupellæ

A N N O
1644.

INNOCENTIUS DECIMUS, PONTIFEX CCXL.

ANNO DOMINI MDCXLIV.

Innocentius hujus nominis Decimus ex Panfiliorum Familiâ anno 1644. Sedem Pontificiam confecdit: Decimum tertium Jubilæum celebravit anno 1650. Jansenismum editâ Constitutione damnavit: Obiit Pontificatus sui anno decimo. (Magni Bullarii Romani hujus Edit. Luxemb. 1727. Tom. V. Fol. 409. App.

ExMem.
du Clergé
Tom. I.p.
141.

Translatio Episcopatus Malleensis ad Rupellensem: anno 1648.

INNOCENTIUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriā.

Insuper eminenti militantis Ecclesiæ folio, & Apostolice potestatis plenitudine, summa Redemptoris nostri benignitate constituti, nunc in novis Sedibus Episcopaliis in irruo Ecclesiæ agro plantandis & instituendis, omnes in Diocesum partibus dividendis quandoque, & in illis ex toto

ANNO
1655.

prædicti ac illius habitatorum sub ejus obedientia armis regi factam reductionem, Sedem Episcopalem in illo meliori & commodiori, quā potuisse viā, erigi procurare destinaverat, & solemniter promiserat, confidens fore, ut mediante tali erectione Oppidum ipsum, quod antea firmum hereticæ pravitatis & Hæreticorum Asylum extiterat, imposterum Religionis Catholicae Apostolicæ, & Romanæ clarioribus signis ornatum ac fidei Catholicae propaginaculum redderetur, ea que ratione Catholici ad illud habitationis causâ confluentes in eadem fide Catholica, & Orthodoxa confirmarentur, & Hæretici, si quos temporis necessitas illic remaneret, indeque non dimitti suaderet, ad caulam Christi faciliter reducerentur, mandatum de transferendo præfati supra nominati Urbani Prædecessoris nostri, quod executio ni eatenus demandatum, ut præfertur, non fuerat, revocari ac circumscribi, ac dignitatem Episcopalem in prædictis Ecclesia & Civitate Malleensi supprimi: Et remanentibus perpetuo in ipsa Ecclesia sic suppressa uno Parocho ad exercitium curae animarum illius, & aliquot aliis Presbyteris ad divinum cultum inibi peragendum necessariis arbitrio Ordinarii, præviaque dismembratione dicti Oppidi Rupellensis ac Insulae de Re, & territorii de Aulnix vulgo dicti, suis finibus terminati ac centum circiter Parochii constantis, dicto Oppido circumvicinorum, quæ eatenus fuerunt pars Diœcesis Xantonensis, ab ipso Xantonensi Diœcesi Oppidum Rupellense, & ejus Ecclesiam, Templum majus nuncupatum, in Civitatem & Cathedralem respectivè erigi, & ad Cathedralem & Civitatem sic erectas Capitulum Malleensem cum eorum Dignitatibus, seu Officiis ac Canonicibus & Præbendis, seu Canonicalibus portionibus & redditibus, atque ipsius Ecclesiae Malleencensis ornamentis Pontificalibus transferri, & Rupellensi Episcopo pro tempore existenti Ecclesiam, Templum majus nuncupatum, pro Cathedrali, & dotem ac redditus suppressæ Ecclesiae Malleencensis pro dote illius, ac Civitatem Rupellensem sic noviter erectas pro Civitate, Insulamque de Re, & territorium d'Aulnix hujusmodi, nec non etiam Oppidum & totam Diœcensem Malleaci pro Diœcensi respectivè assignari, ac Episcopum Rupellensem pro tempore Archiepiscopo Burdigalenſi, prout erat suppositus Episcopus Malleensis, Jure Metropolitico supponi, ad supplicationem dicti Ludovici moderni Regis per Nos respectivè posse decreverit, de Confetu dilectorum Filiorum nominatorum in Episcopos tam Malleensem quam Xantonensem, & Capitulorum Malleensis & Xantonensis Ecclesiarum jam præstato, & quod eosdem nominatos in Episcopos iterum præstanto, postquam à Se de Apostolica provisi fuerint, prout in ipso decreto desuper emanato latius continetur. Nos, qui audita ipsius decreti relatione, decretum ipsum confirmavimus, & approbavimus, attentes Reipublicæ Christianæ, & præfertim animarum diœtorum locorum incolarum Saluti, divinique cultus augmentatione plurimum expedire, ipsi quoque Ludovico moderno Regi admodum gratum futurum, si contenta in ipso decreto ac pia & sancta ipsius defuncti Regis Ludovici genitoris sui intentio, quām citius suum effectum fortiantur, habita prius super his cum Venerabilibus Fratribus nostris, ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiae Cardinalibus, in Consistorio nostro secreto deliberatione matura, de ipsorum Fratrum Confilio, & Apostolicae potestatis plenitudine, attentâ præfertim ipsius Ludovici Regis instantiâ, ad formam decreti Congregationis hujusmodi mandatum de transferendo præfati supranominati Urbani Præ-

decessoris, hujusmodi Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo revocamus & circumscribimus, & in prædictis Ecclesia & Civitate Malleensi Dignitatem Episcopalem ac Dignitatis Episcopalis & Civitatis titulum respectivè etiam perpetuò supprimimus & extinguimus, & à dicta Diœcensi, ac pro tempore exsistentis Episcopi Xantonensis omnimoda jurisdictione, superioritate, visitatione, dominio, correctione & potestate Oppidum Rupellense, & Insulam de Re, ac territorium d'Aulnix hujusmodi, una cum illorum Clero, populo, & personis, Monasteriis, piis locis, Dignitatibus, Capellis & Beneficiis Ecclesiasticis, Sæcularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus, ac illa conferendi, aut alias de iis disponendi, aliosque Juribus, & actionibus super illis vel ad illa pro tempore exsistenti Episcopo Xantonensi prædicto quomodolibet competentibus, similiter perpetuo dismembramus & separamus, iisque sic dismembratis & separatis, ad Omnipotentis Dei Laudem & Honorem, nec non militantis Ecclesiæ exaltationem, Oppidum Rupellense in Civitatem, Rupellensem nuncupandam, cum juribus, honoribus & praeminentiis, quibus cæteræ Civitates illarum partium, & earum Cives utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri & gaudere possunt & poterunt quomodolibet in futurum, & ejus Ecclesiam, Templum majus nuncupatum, hujusmodi Cathedralem Ecclesiam, Rupellensem nuncupandam, & in ea Sedem Episcopalem pro uno Episcopo, Rupellensi etiam nuncupando, qui eidem Ecclesiæ illiusque Civitati & Diœcensi præstet, Synodus convocet, evellat, destruet, ædificet, & planteret, ac omnia, & singula Jura Episcopalia habeat & exerceat cum Capitulo infra scripto, ac cum Episcopali & Capitulari Mensis, alterisque omnibus Cathedralibus, & Pontificalibus insigniis, nec non Juribus, jurisdictionibus, facultatibus, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratis, favoribus & induitis realibus, personalibus, & mixtis, quibus alia Cathedrales Ecclesiae illarum partium, earumque Praefules, Capitula & Personæ quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, perpetuo quoque respectivè erigimus & instituimus, ac Oppidum Rupellensis Civitatis, ipsiusque incolas civium, nec non Ecclesiam, Templum majus nuncupatum, hujusmodi Cathedralis Ecclesiæ honore, nomine, titulo & insigniis decoramus, & ad eas sic erectas, & institutas, Capitulum Malleensem cum sua Mensa Capitulari, ac cum aliis supradictis omnibus, ita tamen, ut apud ipsam Ecclesiam Malleensem unus Parochus ad curam animarum, & aliquo Presbyteri ad divinum cultum inibi peragendum necessarii, ut supra, pariter perpetuo remanere & manuteneri debeant, ibidem perpetuo transferimus, ac Episcopo Rupellensi pro tempore existenti dictam Ecclesiam, Templum majus nuncupatum, pro Cathedrali, ac dotem & redditus suppressæ Ecclesiae Malleencensis pro dote illius, ac Civitatem Rupellensem, sic noviter erectas pro Civitate, Insulamque de Re & territorium d'Aulnix hujusmodi, nec non etiam Oppidum & totam Diœcensem Malleaci pro Diœcensi respectivè assignamus, & Episcopum Rupellensem pro tempore existentem Archiepiscopo Burdigalenſi, quoad Jus Metropolitanum, prout suppositus erat Episcopus Malleensis, pariter perpetuo supponimus. Nec non Episcopo ac Capitulo, & Canonici Ecclesiae Rupellensis capitulariter congregatis, ut pro felici statu & salubri regime & administratione dictæ Ecclesiae Rupellensis,

ANNO
1655.

ANNO
1644.

ac illius personarum, nec non divinorum officiorum in illa celebrandorum direccione, quæcumque & qualiacunque statuta, constitutiones, ordinaciones & decreta, licita tamen & honesta, facrisque Canonibus, præsertim verò Concilii Tridentini Decretis minimè contraria, facere, condere & edere, illaque toties quoties, ut pro personarum, rerum, & temporum qualitate, varietate, & ipsius Ecclesiæ utilitate necessarium & opportunum fuerit, alterare, corriger, & in melius mutare, ac de novo condere & edere, valeant, postquam facta, edita alterata, correcta, mutata ac etiam de novo condita & edita fuerint, Apostolica auctoritate approbata, & confirmata esse censentur, & ab omnibus, ad quos spectabit, sub pœnis in eis statuendis & comminandis, inviolabiliter observari debeant, plenam, liberam, & amplam facultatem tribuimus & impartimur. Non obstantibus nostris, per quam dudum inter alia volvimus, statuimus & ordinavimus, quod perentes Beneficia Ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annum valorem secundum communem existimationem, tam Beneficii uniendi, quam illius cui aliud unius petetur, alioquin unio non valeret, quodque semper in unionibus commisso fieret ad partes vocatis interesse habentibus, idemque observaretur in erectionibus, dismembrationibus & applicationibus perpetuis, ac de Jure quæsto non tollendo, nec non Lateranensis Concilii novissimè celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus à Jure permisis fieri, & Beneficia seu bona unius Beneficii, seu bonis alterius Diœcesis uniri respectivè prohibentis, aliosque Apostolicis, etiam in Provincialibus, Synodalibus & Universalibus Conciliis editis & edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus & Ordinationibus ac Xantonensis, Malleacensis & Burdigalenis Ecclesiærum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur status & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & litteris Apostolicis eidem Ecclesiæ, illarumq[ue] Præfulibus, Capitulis, & Canonicis, aliisque Superioribus, & personis in genere, vel in specie in contrarium forsan quomodo libet concessis, approbatis, & innovatis, Quibus omnibus, etiam si alias pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quavis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ, observatâ, inserti forent, eisdem præsentibus pro plene ac sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice tamen specialiter & expresse harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibusunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ revocationis circumscriptioñis, suppositionis, extinctionis, dismembrationis, reparationis, erectionis, institutionis, decorationis, translationis, assignationis, suppositionis, tributionis, impartitionis & derogationis infringere, vel ei a fu temerario contraire. Si quis autem hoc attentre præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam majorem, anno Incarnationis Dominice 1648. quarto Nonas Maii, Pontificatus nostri anno quarto.

Cardinalis Barberinus Summator.

F. Morolus. P. Ciampinius. Vifa. P. Gentilius Registrata in Secretaria Brevium.

ANNO
1655.

ALEXANDER SEPTIMUS,

PONTIFEX CCXL.

ANNO DOMINI MDCLV.

Alexander, prius vocatus Fabius Chisius, anno 1655. in Summum Pontificem electus fuit, qui mox Diploma Antecessoris sui de damnatione Propositionum Jansenii confirmavit. Mors ejus anno duodecimo Pontificatus sequuta est. (*Magni Bullarii Romanij hujus Edit. Luxemb. 1723. Tom. VII. Fol. 1. App.*)

Pastoratum Ecclesiæ Sancti Martini Hallis Deiparae unit Personatui, seu Rectoratu Collegii Societatis Iesu ejusdem Oppidi : an. 1659.

I.
Ex Op.
Diplom.
Miræ T.
2. p. 1120.

ALEXANDER EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, dilecto Filio Officiali Venerabilis Fratris nostri Archiepiscopi Cameracensis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Regimini universalis Ecclesiæ, quamvis immerti, disponente Domino præsidentes, circa id ferventibus votis intendimus, ut loca pia quælibet, præsertim Collegia ad juventutis eruditionem instituta, aliquo auxilio fulciantur, ac ei opportunit provideri cumeremus.

Exhibita liquidem Nobis nuper pro parte dilecti Filii moderni Rectoris Collegii dilectorum Filiorum Præbyterorum Societatis Iesu Oppidi Hallensis Cameracensis Diœcesis petitio continebat, quod Præbyteri dictæ Societatis in dictum Oppidum his sub conditionibus admissi fuerunt, quod ipsi proprium Templum in eorum Collegio nullo unquam tempore ædificare possent, sed Sacello B. Mariae Virginis, quæ illic innumerorum miraculorum coruscans gloriæ, mira Christifidelium illuc undique confluentium devotione colitur, in Parochiali Ecclesia ipsius Oppidi posito, peculiarem curam, & sollicitudinem adhibere, ac suas consuetas functiones in dicta Ecclesia peragere deberent, & deinde ab felicis recordationis Urbano Papa Octavo Prædeceſſore nostro, seu de ejus mandato ipsius auctoritate Personatus dictæ Ecclesiæ Collegio Præbyterorum hujusmodi, quod tum in dicto Oppido inchoatum erat, ut ipsi Præbyteri Societatis prædictæ in augenda Christifidelium devotione, & promovendo ejusdem Deiparae Virginis cultu, juxta eorum vocationem, & instituta indies magis fructificarent, unitus fuit.

Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, ex quo Præbyteri Societatis ejusmodi in dictum Oppidum, ut præfertur, admissi fuerunt, divinus cultus & beatæ Mariae Virginis Veneratio in devotis Fidelium animis, operâ, prædicationibus, & alis ipsorum Præbyterorum p[ro]p[ri]is exercitiis mirum in modum increverit, unum retamen esse noscatur, quod dictæ Ecclesiæ bonum re-

gimen